



CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

TARENTINAE

De Administratoris Apostolici nominatione

DECRETUM

* * *

Ad consulendum regimini Metropolitanae Ecclesiae Tarentinae, vacantis per renuntiationem Exc.mi P.D. Benigni Aloysii PAPA, O.F.M. Cap., Summus Pontifex **BENEDICTUS**, Divina Providentia PP. XVI, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, nominat ac constituit Administratorem Apostolicum memoratae Ecclesiae, donec eius successor canonicam Ecclesiae possessionem capiat, eundem Exc.mum P.D. Benignum Aloysium PAPA, eique iura, facultates et onera tribuit quae Episcopis dioecesanis, ad normam legis, competunt, attentis, tamen, quae in N° 244 Directorii de pastoralis ministerio Episcoporum "Apostolorum Successores" continentur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Novembris anno 2011.

Marcus Rod. Quella
Praef.

+ Emmanuel Martins de Castro
A. Sec.

